

lata remanent, cum in facto non verificetur quod substitutio, * gravamen, & onus personas respiciat, cum principaliter bonis injunctum fuerit; eaque propter fideicommissum reale dicitur, ut latius deduximus supra n. 4. eoque magis stante amplissima ratione pluries repetita conservandi bona in agnatione de Meliis independentem à quibuscumque personis à Testatore contemplata, * quæ perpetuum, reale, & absolutum fideicommissum inducit ad favorem omnium familiarum de Meliis in prima institutione, ac substitutionibus non comprehensorum, ut dixi in hac alleg. 1. n. 83. & seq. & alleg. 103. n. 10. lib. 3. Surd. consil. 96. n. 23. & 43. cum seq. Rota apud Giovagn. consil. 75. nu. 80. & seq. lib. 1. ubi inter cætera considerat, quod pro conservacione bonorum in familia, etiam hæredibus, ac successoribus facta apparebat, sicuti in casu nostro alienationis prohibitio, Rota dec. 21. à n. 30. part. 5. recent. & bene explicat Rota in Romana fideicommissi de Coronis 12. Junii 1651. §. placuit enim coram Reverendissimo Cerro, & coram Eminentissimo Oubobono dec. 113. n. 18. & seq. & dec. 138. n. 3. Zucchar. dec. 76. n. 33. & seq. ac per totam.

Idque non solum ad favorem omnium de familia duntaxat effectiva, sed etiam universalis contentiva, inspectis illis verbis, bona, & hæreditas prædicta perveniat, & pervenire debeat in agnatos proximiores masculos de domo, & familia de Meliis cum conditione prædicta, & paulò infra, ibi, tunc & eo casu bona, & hæreditas perveniant, & pervenire debeant in proximiores affines agnatos masculos ipsius D. Testatoris agnationis, & familiarum de Meliis, quia ejus D. Testatoris firma, & finalis intentio fuit, & est, quod ejus bona & hæreditas præfatis D. Testatoris perveniant, & conserventur in agnatione domus & familiarum de Meliis, ratione dictæ agnationis, & familiarum de Meliis in infinitum conservandæ; Quam dispositionem sub eodem prorsus verborum contextu repetit, ut legitur in ipso testamento in fine allegationis primæ impresso, lib. 3. Dum enim Testator non dixit velle bona conservari in familia * sua, vel simpliciter, sed expressit generale nomen totius familiarum, scilicet de Meliis censetur contemplata universa agnatio, veniunt etiam transversales, & omnes de familia contentiva, juxta doctrinam Bart. in leg. pater filium 36. §. feudum sub nu. 3. ff. de legat. 3. & ex cumulatis per nos dicta allegatione 1. sub n. 73. & dicta allegatio. 103. n. 10. lib. 3. addo Roland. consil. 23. à n. 29. usque ad finem consilii, lib. 4. Turrian. inter consultat. Cavagn. 67. n. 1. & 2. lib. 2. Peregr. consil. 42. n. 7. lib. 5. & in eadem causa Buratt. dec. 107. n. 1. & in proximis terminis Giovagn. consil. 75. n. 4. & 5. lib. 1. Fufar. consil. 72. n. 13. & consil. 169. nu. 45. 52. & 53. & de substitut. quest. 351. n. 27. latissimè Ciarlin. contrav. 219. n. 32. & seq. & à n. 119. usque ad 156. Pen. dec. 380. nu. 22. Buccafer. consil. 24. & consil. 25. ferè per tota, Altograd. consil. 89. n. 82. lib. 2. coram Eminentissimo Panzirolo. Rota in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 16. Febr. 1640. §. idque ne dum, & 10. Junii 1642. §. quod autem fideicommissum, & in Romana fideicommissi de Coronis 28. Januarii 1647. §. idque non solum coram Reverendissimo Cerro pulchrè ad casum præsentem animadvertens istud indubitanter procedere in vocatione proximiorum de agnatione facta indeficientiam * descendantium, tunc

enim Testator non nisi de transversalibus, & agnatione contentiva intelligi potest, ad quod adducit dec. 193. n. 10. part. 1. recent. & latius idem comprobavi, allegat. 1. n. 75. & sequent. lib. 3. Obiectum igitur sibi locum vindicat, quando habita fuit ratio agnationis restrictivè ad personas * specialiter expressas cum implicancia comprehensionis aliarum præter nominatas ad text. in leg. qui liberis, 8. §. hæc verba, ff. de vulg. & pupill. substitut. Menoch. consil. 86. nu. 42. & sequent. Surd. dec. 85. n. 3. Rota dec. 272. n. 6. & 8. & dec. 283. n. 9. part. 6. recent. Joan. Anton. Bellon. consil. 12. n. 65. & seq. & aliis infinitis congestis per Rotam in dicta Romana fideicommissi de Coronis 28. Januarii 1647. §. fuit enim responsum, & 12. Junii 1651. §. placuit enim, vers. illamque restringunt coram Reverendissimo Cerro.

Indagatio tamen prædicta juxta terminos juris examinata prætermitti poterat, quippe quoniam ex littera ipsius testamenti seclusa etiam contemplatione absolutissima agnationis mens Testatoris vocandi quoscunque agnatos, & quodocunque evenisset casus aliunde apertissima eruitur, nimirum ex eo, quod in casum alienationis ineundæ per Gabrielem filium Testatoris hæredem institutum, seu per illius descendentes bona in ipsius affines proximiores masculos, sub eadem conditione non alienandi pervenire disposuit, & in casu contraventionis, ac non existentia Gabrielis, minuse ejus descendantium in ejusdem hæredes, ac successores, cum prædictis conditionibus non alienandi ipso jure, ac facto transire voluit, ex quo litteraliter datur intelligi, quod admittis non semel, sed etiam pluries agnatis masculis adhuc quoad alios, ac filiorum favore alienationis prohibitionem, & fideicommissum continuare ordinaverit, si quidem in hac materia hæredum, * ac successorum appellatione agnati tantummodo continentur, ut dicebam allegat. 1. n. 75. lib. 3. latè Socin. consil. 249. n. 12. & sequent. lib. 2. Socin. jun. consil. 158. n. 6. & sequent. lib. 2. Manent. dec. 75. n. 5. & 6. & pluribus exorat Hodiern. ad Surd. dec. 85. sub n. 16. & 17. cumque post admissionem proximiorum Testator sub eisdem conditionibus eorum successores masculos ad fideicommissum succedere præordinaverit, consequens ideo fit, ut de agnato in agnatum ejus bona infinitatem præ oculis habens transire exoptaverit.

In nihilo prorsus resistente clausula, tunc, & eo casu, in testamento fideicommittentis re-
petita, siquidem in fideicommissio penes agnatos in infinitum duraturo dicta clausula nihil omnino operatur. Surd. consil. 344. n. 13. Alexander Galvan. consil. 34. sub n. 89. vers. Ut hoc procedat, & dixi allegat. 1. sub n. 73. & allegat. 105. n. 2. ac per totam, & alleg. 114. nu. 25. & allegat. 115. n. 24. & allegat. 124. nu. 95. lib. 3. ubi inter cæteros adduxi Bott. consil. 7. n. 36. usque ad finem, qui in hac eadem causa scripsit, & cujus conclusiones die 18. Octobris 1571. ab Excellentissimo Senatu Mediolani per modum provisionis approbatæ extiterunt; cujus decreti copia registratur in instrumento divisionis secutæ inter Hieronymum, & Marchionem Alexandrum de Meliis, seu Lupis: deinde D. Vicarius Cremonæ innixus auctoritate prædicta pro tertia parte fideicommissi nunc controversa Galeatio de Meliis immisionem concessit

concessit sub die 22. Aprilis 1574. in processu fol. 268. & sequent. Tandem sub die 20. Decembris 1581. in eodem processu folio 274. Senator, & Comes Petrus Martyr Ponzonus, tanquam ejusdem amplissimi Senatus specialiter delegatus pro eadem tertia parte confirmavit. Aded ut purificatio fideicommissi pro tertia parte in meum stipitem, ac consequenter in me ipsum pluries judicialiter canonizata per sententias in rem judicatam transactiones, atque executione demandatas ad trutinam juris amplius revocari non mereatur. Sed tantummodo executio * per immisionem, absque eo quod merita causæ iterum dispungantur relaxanda venit per textum in l. sape, 63. & ibi Alex. n. 62. ff. de re judic. & ad tradita per nos dicta allegat. 1. n. 31. lib. 3. Mastrill. dec. 172. num. 16. 19. 22. ac per totam. Censal. ad Peregr. de fideic. art. 52. vers. Quinto, & hinc fol. 542. Rot. dec. 161. n. 3. part. 2. recent. & in Mediolan. honor. 31. Maii 1649. §. altera verò versic. Prout fuit coram Eminentissimo Corrado, & in Bononien. fideic. de Pancaldis 5. Julii 1655. in princ. coram R. P. D. Bevilacqua.

Ex quibus sanè sententiis hætenus effectum sortitis necessariò inferitur, quod si millies agnati proximiores masculi ad istud fideicommissum admitterentur, toties onere restituendi erga alios proximiores masculos de Meliis affecti remanent, donec, & usque quo agnatio masculina de Meliis conservabitur.

Multoque magis superius dicta inconcussa redduntur, ex eo, quia præteritus adversarij ingentis crediti pro administratione habita per plures annos bonorum ipsius à fratre meo in facto subsistentiam non habet, nec illius peritus loco calculandi simpliciter rationes * potuit ingredi discussionem juris circa partitarum admissionem, quemadmodum subungebam dicta alleg. 124. num. 24. lib. 3. Cephal. consil. 104. numero 26. Riminald. consil. 810. nu. 31. Rota coram Coccin. decif. 422. n. 7. & in Melevitana redditionis rationis 14. Maii 1649. §. fin. coram Reverendissimo Decano, & in Romana hereditatis 8. Martii 1652. §. fin. coram R. P. D. Verospio.

Omni autem in casu in aliquo nepotes mei debitores reperirentur, cum per ipsos, nec eorum patrem steterit, quin sæpius oblatam redditionem rationum præstiterit, nonnisi * in reliquatum, nullà prorsus damnorum aut interesse habità ratione obstringi, quemadmodum deducebam dicta allegat. 124. n. 26. lib. 3. & latè comprobatur Leonard. de usur. quest. 20. num. 21. & 22. Post. resol. 73. n. 50.

Et hujusmodi redditionem rationum à Tutore, vel ab illius hæredibus etiam sine libro * sufficienter fieri posse nemo inficias ibit, Mantica. decisione 256. num. 7. Ludovif. decif. 274. num. 6. & in annotat. nu. 8. Camuncul. decif. Bonon. 36. n. 5. Laurent. Ursell. conclus. 56. n. 9. Joann. Franc. Andreol. contrav. 106. n. 8. cum pluribus aliis apud nos dicta alleg. 124. n. 42. Cyriac. contrav. 412. n. 21. & 22. & contrav. 544. à n. 109. usque ad 113. Eoque magis in præsentiarum, ex quo de mobilibus subtractis ab eadem Isabella * nullam amplius nepotes mei redditionem, aut computum exhibere tenentur, ex traditis per nos dicta allegat. 124. num. 54. lib. 3. & per Rotam decif. 380. numero 6. part. 4. tom. 2. recent. & in Romana redditionis rationis 16. Junii 1651. §. Jocalia verò coram Rev. P. D. Albergato.

Hæc tamen præteritus ubi unquam Isabella de Meliis rebus judicatis in articulo fideicommissi affiliatus Melius ad Castellum de Alimentis.

ficeretur, ac consequenter succumberet nullius omnino momenti evaderet, cum in bonis in controversiam deductis major pars patrimonii resideat, quam cum indebitè per annos viginti quinque circiter occupet, ac de fructibus exinde perceptis, seu verisimiliter percipiendis, ipsa quoque rationem reddere obligata præexistat: consequens ideo fit, ut proportionabiliter ad tot annos habitæ per olim fratrem meum administrationis consilio, seu reciproca extinctio induceretur, quatenus ex computorum solidatione creditum aliquod favore adversantis resultaret. Cuique ergo cogitandum relinquatur, quam profundissimè indaginis computorum causâ, cum altera fideicommissi executiva connexitatem habere possit, ratione cujus consortes de Meliis in compromissum simul inclinet ea sub conditione, quod prius computa tutelæ solidentur, antequam res circa fideicommissum pluries judicata exequantur.

PARTICULA DECISIONIS.

Hieronymus Testator, instituta hærede universalis Aurora matre, post ejus mortem voluit, bona, ipso jure, devolvi ad filios masculos legitimos, & naturales natos, & nascituros Matthæi fratris Testatoris: Quibus non extantibus, vocavit filios masculos, &c.

Secundò principaliter movebantur, quia ex pluribus verbis, & locis testamenti apparet, Testatorem voluisse facere fideicommissum reale, ut ibi, & quod post ejus mortem bona hæreditaria ipso jure devolvantur ad filios masculos legitimos, & naturales Matthæi, &c. Et infra ibi, & alia bona dictæ hæreditatis pervenire debeant, & devolvantur ad proximiores: & rursus infra, quando Testator exclusit fiscum in casu criminis alicujus ex vocatis, dixit quod talis criminosus ipso jure intelligatur privatus à successione & hæreditate prædicta, & subdit, & bona, & hæreditas prædicta devolvantur, & applicentur aliis substitutis modis, & conditionibus supradictis, ita quod nullo pacto devenire possint, neque etiam quoad usumfructum, ad fiscum, sed bona semper, & omni tempore debeant remanere penes prædictos institutos, & substitutos, usque ad infinitum, reciprocè, compendiosè, & per fideicommissum: & hanc dixit esse mentem suam, non ad committendam fraudem aliquam fisco, sed ad hoc ut bona conserventur in dictis institutis, & substitutis. Quæ omnia verba * supra ponderata non sunt directa in personas, sed in bona, & hæreditatem: quo casu fideicommissum dicitur reale. Bartol. in leg. peto, §. fratre, numero secundo, versiculo Dic ergo, & ibi Cuman. numero quinto, ff. de legat. 2. Castrenf. in leg. voluntas in fine. Cod. de fideicommissis. Alex. in l. 1. in princ. numer. 88. ff. de offic. ejus. Alciat. in leg. filiusfamilias §. Divin. 48. ff. de legat. 1. & ibi Crot. numero 43. Ripol. numero 66. & inducit gravamen reale † quod afficit omnes personas 28 vocatas, & quoscunque possessores, ita ut quilibet successor teneatur per fideicommissum alteri restituere, donec hæreditas perveniat ad ultimum substitutum, Bald. in leg. Precibus nu. 65. versic. Tu dic, & ibi Salicet. numero tricesimo sexto. Cod. de impub. Paris. consil. 18. num. 50. M 2

et consilio 90. numero 43. libro 2. et consil. 72. n. 89. lib. 2. Surd. consil. 315. numero 20. Becc. consil. 24. numero 27. et 28. Alb. consil. 93. n. 2. Gabr. consil. 117. nu. 34. lib. 1. Decian. consil. 54. n. 26. lib. 2. Menoch. presumpt. 131. sub n. 13. et sequent. lib. 4. Cardin. Mantie. de conject. lib. 8. tit. 2. n. 6. Peregrin. de fideicommiss. artic. 12. nu. 16. Rota decis. 568. sub numero 5. part. 1. divers. et in Faventina fideicommiss. 7. Februarii 1605. coram Justo, et in Leodien. fideicommiss. 1. Decembris 1608. coram R. P. D. meo Cavalerio, que est dec. 233. n. 1. part. 2. in recent. et in Bononien. de Petis 27. Junii 1611. et in Romana fideicommissi de Surdis 11. Maii 1618. coram me.

Tertio facit, quia istæ substitutiones fuerunt factæ de descendibus, * vel expressè vocatis, vel in conditione positus, quod est nomen collectivum, comprehendens sui natura descendentes in infinitum, §. 1. aub. de hered. ab intest. ven. l. fin. C. de suis, et legit. Paris. consil. 40. num. 10. lib. 2. Surd. consil. 336. n. 9. in fine lib. 3. Menoch. consil. 88. n. 10. lib. 1. Peregrin. de fideicom. artic. 19. n. 11. fuit dictum in Bononien. de Petis 10 Martii 1617. coram me. Et quod vocati * per nomen collectivum intelligantur ordine successivo per fideicommissum, tennentur multi Doctores, ut Covarruv. variar. resolutionum libro 3. cap. 5. n. 4. vers. Secundum quod, et in cap. Raynutius, §. 2. in fine de testament. Menoch. consil. 277. num. 3. lib. 3. Cephal. consilio 268. n. 25. et seq. lib. 2. Petr. de fideicommiss. quest. 8. n. 38. et n. 506. et seqq. Ruin. consil. 164. num. 3. libro 3. Berous consil. 102. n. 25. et 34. lib. 2. Roland. consil. 70. n. 20. et seqq. lib. 3. Gabr. consil. 101. nu. 22. et seq. lib. 2. Grall. in §. fideicom. quest. 15. in fine, et quest. 16. n. 3. et sequent. et in specie, quod substitutio * facta de proximioribus tanquam per nomen collectivum intelligatur etiam per fideicom. Anchar. consil. 27. nu. 6. Roland. consil. 70. n. 26. et seq. lib. 3. Cravet. consil. 161. num. 1. et seq. Menoch. consil. 97. n. 116. Petr. ubi supra quest. 5. n. 180. præsertim cum verbum, proximiores, * sit prolatum in plurali numero, ut hic, Petr. loc. cit. post alios ab eo citatos, Peregr. artic. 19. sub num. 16. Et licet alii fenserint, quod quando plures simpliciter vocati sunt sub nomine colectivo, vel descendendum, vel simili dicantur venire per vulgarem, non autem per fideicommissum, ut est verior opinio, de qua per Cuman. in l. Gallus §. quidam recte, num. 7. ff. de lib. et postb. et idem Cuman. in leg. cum ita §. in fideicommiss. n. 4. ff. de legat. 2. Socc. consilio 113. nu. 7. versic. Sed ad omnia ista lib. 1. Aym. consilio 131. sub num. 3. Et plures hujus sententiæ testantur de communi, referunt Covarruv. in dist. cap. Raynutius §. 2. num. 6. et 7. de testam. Molin. de Hispan. primogen. libro 1. cap. 5. num. 27. vers. Secundo id ipsum. Surd. dec. 346. num. 18. et latè fuit firmatum in Auximaria fideicommiss. 26. Novembris 1611. coram me. Quæ est dec. 357. n. 1. et 2. et n. 5. part. 1. recent. Ubi alix decisiones allegantur, tamen dicta opinio declaratur non procedere, quando verba dictarum substitutionum habent tractum successivum * seu respiciunt perpetuitatem quandam, tunc enim vocati non solum per vulgarem, sed etiam per fideicommissum censentur vocati, juxta distinctionem ejusdem Cuman. in dicto §. in fideicommiss. Ruin. consil. 19. num. 9. et sequent. libro 3. Menoch. consil. 85. n. 54. et 64. et consil. 173. n. num. 14. lib. 2. et presumpt. 71. nu. 34. lib. 4. Peregrin. de fidei-

commiss. artic. 18. n. 12. et art. 19. num. 16. Surd. de communic. dicta dec. 345. num. 22. Covarruv. ubi supra dicto §. 2. num. 7. Molin. dicto lib. 1. cap. 6. n. 15. Mantie. de conject. lib. 8. tit. 12. nu. 11. Seraphin. decis. 409. num. 13. et dec. 934. numero 7. et fuit firmatum in Bononien. de Petis 17. Junii 1611. et 27. Januarii 1616. coram me, et dicta decisione 357. numero 2. part. 1. recent. ubi allegantur alix.

Unde punctum in eo consistit, An hic ad sint verba * tractum temporis significantia, juxta tradita per Alex. in dicto §. quidem recte, numero 6. Menoch. post alios presumpt. 71. n. 34. libro 4. cum aliis per Rot. dicta decisione 357. numero 3. Id autem deducitur, quia in prima substitutione filii Matthæi sunt vocati post mortem hæredis, quo casu indubitanter dicantur vocati etiam per fideicommissum, cum meatio mortis * inducat compendiosam, quæ continet vulgarem, et fideicommissariam. Bart. in l. Centurio, numero 25. ff. de vulgar. Menoch. presumpt. 71. sub n. 12. libro 4. Undè dicendum videtur, quod in aliis etiam substitutionibus per illa verba conceptis non extant seu alias deficient. filii masculi succedant feminæ, et casu quo non extarent, seu deficerent filii prænominati, bona devolvantur ad proximiores, intelligantur vocatæ femine, et proximiores in suis casibus etiam per fideicommissum, cum illa verba, non extant seu deficient. * sint apta comprehendere casum mortis, imò propriè quis deficere dicitur per mortem leg. unica §. ubi etiam ubi Gloss. in verb. deficiat, Cod. de caduc. toll. gloss. in §. Hinc nobis in verb. deficien. Auth. de hered. et falcid. Paris. consil. 20. numero 21. et sequentibus, libro tertio. Simon. de Pret. de interpretat. ultim. voluntat. libro tertio, solutione undecima, num. 47. folio 291. Berous in nostris terminis consilio 67. numero 16. et sequentibus, ubi ponderat verbum deficere quod denotat mortem, et sic inducit compendiosam, et habet tractum temporis, ut ibi per eum, et quamvis deficere dicantur etiam non nati, ut per Simon. loco citato numero 48. et sensit Rota decisione 453. numero 6. part. 2. in recent. Tamen cum hic ad sit aliud verbum, non extant. quod potest referri ad non natos, dicen. videtur per illud, seu deficient. intelligi filios jam natos, qui postea mortui fuerint, et sic implicari compendiosam substitutionem, et tractum temporis, et aliàs sufficere verba * quæ etiam implicent tantum significant tractum temporis, tradit Peregrin. de fideicommiss. articulo decimo-octavo, numero 14. Simon. de Pret. dicto libro 3. interpretat. secunda, sub. 1. folio 5. sub numero 46. versiculi. Ad est tractus folio 239, a tergo. Ruin. consilio 164. n. 9. libro 3.

Quibus accedit, quod Testator digressus est ad plures gradus substitutionum, et ultimo loco substituit proximiores * quam non possunt uno temporis momento verificari, et necessariò important tantum temporis. Seraphin. decisio 934. numero octavo et numero nono, et demùm cessare videtur difficultas ex quo Testator postquam privavit criminosos, et exclusit fiscum, dixit, sed bona semper, et omni tempore debeant remanere penes præfatos institutos, et substitutos usque in infinitum reciprocè, compendiosè, et per fideicommissum; et hanc esse mentem suam, non ad committendam fraudem aliquam fisco, sed ad hoc, ut bona conserventur in dictis institutis, et substitutis. Quæ verba + non possunt esse magis clara ad notandam

notandam perpetuitatem, et tractum successivum in isto fideicommissio inter descendentes, et proximiores vocatos, quia etiam declarant modum succedendi reciprocè, compendiosè, et per fideicommissum, Seraphin. dicta dec. 934. n. 10. et 11. et ita fuit decisum.

CAPUT LXX. §. 6.

SUMMARIUM.

- 1 Proximitas in fideicommissis gravatis, an gravati attendatur. In singula stirpe attenditur num. 9.
- 2 Linea semel admissa donec extant capaces de illa ceteri de aliis excluduntur. Amplia etiam quoque transversales lineæ jam admisse numero 4.
- 3 Exclusus semel semper exclusus à fideicommissio remanet. Fallit cessante causa exclusionis n. 5. et n. 6.
- 7 Proximioribus in stirpes vocatis etiam disparibus in gradu uniuscujusque stirpis admittuntur.
- 8 Clausula in stirpes facit censeri factam divisionem fideicommissi pro rata inter ipsas.
- 10 Proximior Testatori, et gravato omnibus præfertur.
- 11 Matrimonium inter agnatos contractum proximitatem excludit.
- 12 Testatoris voluntatem contemnens per assumptionem alterius cognominis fideicommissio privatur.

Mortuo sine filiis Gabriele Melio hærede per fideicommissum ejus patrem universaliter instituto erga proximiores de familia, et agnatione de Melio gravato, quemadmodum constat ex testamento post primam allegationem impresso apud nos libro 3. Eques Diophæbus tunc proximior ex agnatione prædicta successit. Eo postea sine filiis pariter vitæ fundito universam illius hereditatem, cum bonis fideicommissio subiectis, Diophæbus alter Marchio Soranæ occupavit, adversus quem in eodem gradu agnationis existentes insurrexerunt Joseph de Melio, quorum de præstando eidem annuam pensionem aureorum centum viginti loco ejus portionis convenit; et Galeaz itidem de Melio, qui vigore fideicommissi ejus quoque portionem judicialiter obtinuit, cum pacifica possessione, quam ad ejus posteros transmisit, et in Franciscum ejus pronepotem terminavit, ex quo adhuc pupillus, ac consequenter sine filiis ex hac vita migravit, superstitibus Isabella ejus sorore, et Vice-Præside Senatus, et Magistratus Montisferati Joanne Paolo Melio, inter quos super lustra quinque agitata lite, tandem emanavit sententia favore Mafculorum de agnatione, et familia de Melio, ad exclusionem ipsius Isabellæ rationibus ac fundamentis ab eodem Vice-Præside Melio, latissimè deductis tam in ejus lib. 3. allegat. quam in scripturis legalibus datis, et quæ magis exornatè iterum exhibentur, et contra Isabellam, quæ appellavit, et contra Comitem Antonium Mariam de Soranea ejus filium qui in hac causa tanquam mafculus de agnatione Melia se intrudere contendit, et quidem inutiliter ex inferius exarandis.

Melius ad Castillum de Alimentis.

Pro admissione igitur ad portionem fideicommissi vacantem per obitum Francisci de Melio, inter Vice-Præsidem Melium, et Comitem Antonium Mariam, de proximitate * non contenditur; quippe quoniam sive ultimò defuncti, sive fideicommissantis proximitas attendatur ad tradita per Surd. consil. 370. n. 15. et seq. Antonin. de Amat. resol. 10. num. 2. et per totam. Altograd. consil. 92. num. 18. et seq. et à num. 32. lib. 2. Mart. Ventur. consil. 25. nu. 22. 183. et seq. Joan. Fr. Andr. controuv. 248. n. 5. et controvers. 249. n. 6. Spad. consil. 338. n. 5. lib. 2. et consil. 14. n. 6. et consil. 262. n. 2. et consil. 338. n. 1. et per totum libri 2. Larrea dec. 54. n. 2. et 23. Royas dec. 234. n. 4. et sequent. Censal. ad Peregr. de fideicommiss. art. 20. fol. 28. Anton. de Marin. resolut. 216. n. 29. lib. 2. idem Melius allegatione 1. ex n. 46. et alleg. 64. n. 10. et allegat. 84. n. 6. libro 3. et faciunt latissimè tradita per Cyriac. de jur. success. Duc. Carol. artic. 1. à n. 75. usque ad 228. utroque in casu proximitas ipsius Vice-Præsidis ex processu in facto resultat, et ex deductis in jure probata convincitur, nimirum per eundem Melium dicta alleg. 1. n. 55. in fine seq. ac per tot. lib. 3. Non quidem ad exclusionem Comitis Antonii Mariæ de Soranea de præcitato tempore, nec dum in lucem editi, sed Comitis Caroli ejus patris, tunc viventis, qui hanc provinciam prudentissimè se gerendo, inutiliter suscipere jure optimo recusavit.

Vim facit, ut audio, Comes Antonius Maria pro obtinenda prælatione adversus me in duobus, præcipuè altero, quia fideicommissum istud semel jam ingressum apparet, ejus lineam * in ea idcirco perseverare, seu consolidatum remanere, nec transitum facere in aliam debet, donec ex ipsa aliquis mafculus successiois capax extet, ad text. cum ibi notatis in cap. 1. de natur. success. feud. Mantie. de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. ult. n. 59. Gratian. disceptatione 773. num. 3. Castil. de conjectur. ultim. volunt. cap. 91. n. 67. et sequent. Spad. consilio 14. sub n. 7. vers. intrat enim lib. 3. Fontanell. decisione 34. numero 6. 14. et sequent. Peregr. consil. 42. nu. 6. lib. 3. Antonin. de Amat. resolut. 10. nu. 32. et 52. Fufar. de substitut. questione 484. n. 34. Mart. Ventur. consil. 25. nu. 20. et consil. 48. nu. 34. et nu. 44. Censal. ad Peregr. de fideicommiss. artic. 20. vers. Secunda sit conclusio, fol. 30. Merlin. dec. 864. numero 33. Buratt. dec. 107. nu. 4.

Altero quia cum Antonius ipse Propæsidis Pater à Galeatio ejus patruo, ac cæteris de agnatione Melia exclusus * remanserit perpetuò à successione cum ejus posteritate exclusus censetur, Menoch. consil. 1152. n. 1. Peregr. de fideicom. art. 27. num. 16. et seqq. Mart. Ventur. consil. 27. n. 123. Bim. consil. 383. numer. 2. Merlin. dec. 864. sub n. 32. vers. Nec obstat regula. Rota dec. 235. n. 1. et seq. part. 6. recent. Vice-Præses Melius allegat. 50. in fine lib. 3. Bim. consil. n. 6. Fufar. consil. 69. n. 31.

Prædicta tamen negotium minimè facescunt, cum nec in facto, nec in jure subsistant, in facto quidem, quia portio fideicommissi modo controversa, lineam Comitis Antonii Mariæ, aut ejus majorum nunquam occupavit: sed penes Galeatium, et ejus posteros pariter de Melio semper remansit. In jure * autem ratiocinatio optimè retorquetur ex fundamentis latius deductis in hac causa per Melium Patrum allegatione 1. num. 39.